



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 100. Franciæ Regis edictum contra Protestantes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](#)

nicamus, præter alias pænas supra commi- Sæcul. XVI.  
natas, reservando tamen nobis, & successo- A.C. 1549  
ribus nostris Archiepiscopis Trevirensibus  
metropolitanis potestatem super præmissis  
omnibus, & singulis addendi, minuendi,  
corrigendi, extendendi, interpretandi, &  
declarandi, quoties opus fuerit.

Omnia hæc Decreta die decima ter-  
tia Maji in Trevirensi Ecclesia Cathe-  
drali fuere approbata. Præterea plu-  
res alii Metropolitæ Catholici eadem  
Cæsarea edicta Augustæ condita tam  
circa *Interim*, quam circa Cleri emen-  
dationem promulgari curarunt, eorum  
tamen acta ad nos non pervenerunt.

### §. C.

#### *Franciæ Regis edictum contra Pro- testantes.*

Pariter Galliarum Rex suum reformatum *Nouveau re-*  
*di studium quodam specimine exe- recueil de ci-*  
*rere fatagebat; quippe die quarta Ju- qui s'est passé*  
*lii Lutetiam Parisiorum ingressus lo- contre les*  
*lemnem decrevit supplicationem, cujus Protestants*  
*rationem populo demonstrabat edito le Fevre in q.*  
*hanc in rem edicto, in quo hæc lege- Sarpi hist.*  
*bantur: Ad Majorum meorum exemplum 3. v. 480.*  
*statui omnino, suscipere fidei Catholicae, Sleid. l. 21.*  
*Religionis, authoritatis, & libertatis apo-p. 763.*  
*stolicæ, & ministrorum Ecclesiæ patroci- nium, atque tutelam: inter caussas, hæc*  
*Hist. Eccles. Tom. XL. B etiam*

Sæculi XVI. etiam est præcipua, ut publice constaret,  
A.C. 1549. quantopere detestor eos, qui contra præscri-  
ptum Christi, contra formulam, & tradi-  
tiones Apostolorum, contra totius antiqui-  
tatis consensum negant præsentiam Corpo-  
ris, & Sanguinis Christi, qui Baptismo,  
& Pœnitentiæ, & bonis operibus, & Sa-  
cramentis vim omnem detrahunt, qui autho-  
ritatem Ecclesiasticam, & Ordinem hierar-  
chicum plane contempnunt, qui cultum, &  
venerationem, & reliquias divisorum rej-  
ciunt: deinde per eam supplicationem te-  
stificari volui, quæ mea sit sententia, quæ  
voluntas, nimurum, quod exemplo Major-  
rum, & imitatione quadam hæreditaria, de  
dogmatis omnibus, ita sentiam, & credam,  
sicut Ecclesia Catholica, Symbolum Apo-  
stolorum, Concilium primum Nicænum, &  
alia multa Concilia Patrum: item, quod  
hæreses, jam olim damnatas, hoc vero tem-  
pore partim resuscitatas, partim inventas  
a Luthero, Carolo studio, Zwinglio, Oe-  
scolomadio, Melanchtone, Bucero, Cal-  
vino, & id gentis aliis hæresiarchis, homi-  
nibus monstrosis, & pestiferis, plane decre-  
verim e meis finibus exterminare, & in eos,  
qui meriti sunt, gravissime vindicare.

Hoc edictum Rex per omnes Re-  
gni Provincias divulgari præcepit, cun-  
ctisque Episcopis pro emendandis eo-  
rum Diœcesibus Provinciales Synodos  
celebrandi facultatem concessit. Hæc  
tamen

tamen agendi ratio Romanam Curiam <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
offendit, eoquod Rex hoc facinore adeo <sup>A.C. 1549.</sup>  
Christiano Ecclesiam Gallicanam Sedi  
Apostolicæ minus obnoxiam reddere  
videretur (\*). Idem Rex jam antea die  
quarta Februarii aliud promulgavit edi-  
ctum, quo Præsidialis Curiæ Judices,  
eorumque Vicarios de negligentia, qua  
in Lutheri Sectatores inquirere præter-  
miserunt, vehementer redarguit. In-  
eunte anno sequenti idem Franciæ Rex  
edictum a Francisco I. Patre suo con-  
tra eosdem promulgatum innovari juf-  
fit, severissimas intentans poenas in il-  
los judices, qui hæreticos manifestare,  
eosque punire neglexerint. Ceterum  
hoc anno nulla Facultatis Theologicæ  
censura occurrit, præter illam admoni-  
tionem, qua die secunda Septembris  
quemdam Carmelitam perstringit, eo-  
quod in die Beatæ Virginis assumptæ  
sermonem habens, Orationem Angeli-  
cam omisisset, id vero, ut deinceps fa-  
ceret, Facultas eidem injunxit.

B 2

§. CI.

(\*) De hac Pontificis suspicione, atque  
offensione solus Sarpius semper summis Pon-  
tificibus infensus mentionem fecit, nullum ta-  
men, qui insulsum hoc commentum suæ Hi-  
storiæ insereret, Scriptorem invenio præter  
Continuatorem ipsi haud absimilem.